| | |
|---|---|
| Multas per gentes et multa per aequora vectus | |
| advenio has miseras, frater, ad inferias, | **advenīre ad** kommen zu<br>**īnferiae** das Totenopfer |
| ut te postremo donarem munere mortis | **postrēmum mūnus mortis**<br>die letzte Gabe für einen Toten |
| et mutam nequiquam alloquerer cinerem, | **mūtus** stumm<br>**nēquīquam** vergebens<br>**alloquī** ansprechen |
| quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum, | **quandōquidem** da nun einmal<br>**tēte** ~ tē |
| heu miser indigne frater adempte mihi! | **heu** ach<br>**indīgne adēmptus** unverdient entrissen |
| Nunc tamen interea haec, prisco quae more parentum | **tamen intereā**<br>*hier:* dennoch aber<br>**prīscus** uralt |
| tradita sunt tristi munere ad inferias, | **tristī mūnere** als traurige Gabe<br>**ad** *hier:* für |
| accipe fraterno multum manantia fletu | **frāternus** brüderlich<br>**mānāre** triefen<br>**flētus**, ūs *m* die Tränen |
| atque in perpetuum, frater, ave atque vale! | **in perpetuum** auf ewig<br>**avē** sei gegrüßt |

© Jesper